Quelle:
Copyright:

Cod: CXVIII.

Chartac: Fol: Init Sec: 15.

A 5.25.

Huguitionis regulae derivationum.

Huguitionis regulae derivationum in grammatica. Initium praefationis est. "Cum nostri prothoplasti fugestiva prevaricacione". In eadem praefatione pag: 1. circa finem haec obscura de authore reddit notitia: "Si quis querat hujus operis quis sit autor dicendum est quod ipse deus Si quis queritur quis fuerit instrumentum respondendum est quod patria physanus nomine vguicio". Eadem legunt in codice CVII. n: 9. ubi fragmentum hujus operis continetur. Est autem vocum primitivarum, derivatarumque explicatio ordine alphabetico digesta. Ita fine legitur: "Explicit hoc opus anno domini M°. CCCC° 40°. in octavo epyphanie per manus petri dicti Camer: vel Spitelmaister.

f. 436

Hugvitio, Hugutio, sive Hugo, Ugo non de Verellis, ut quidam ajunt, Sed juxta Ptolomaeum Lucensem Hist: Eccl: l. 21. c. 18, et codices nostros Pisanus, vel fuit, vel dictus est, primus Glossator decretorum, et Episc: Ferrariensis obiit diem Supremum circa ann: 1212. Vide Ughell: Ital: Sac: T. 2. Col: 576.